

## DE MATRIMONIO

- Thesis 7<sup>a</sup> -

## EXISTIT SACRAMENTUM MATRIMONII.

Suppl.42,1-3; P.679-716; Comp.328-334; W.274-281; Bellarminus, cc.1-5; Palmieri, th.7-9; Hurter, th.259; Gehr, § 25; Pohle-Preuss, 147-156.

MATRIMONIUM (etiam conjugium dictum, vel connubium) dupliciter sumitur: a) formaliter seu passive; b) causaliter seu active. P.680.

MATRIMONIUM FORMALITER SEU PASSIVE: societas matrimonialis: sic definitur cum Magistro IV, d.17: "Viri et mulieris conjunctio maritalis inter personas legitimas individuum vitae consuetudinem retinens". P.681; Suppl.44,3.

MATRIMONIUM CAUSALITER SEU ACTIVE: actus constituens societatem matrimonialem inter duos: "contractus quo vir et mulier modo legitime sibi mutuo tradunt jus actuum necessariorum ad generandam et educandam prolem et se obligant ad individuum vitae consuetudinem". P.682-684.

SACRAMENTUM: verum N.T.: signum sensibile efficax gratiae in praesenti oeconomia salutis existens.

SACRAMENTUM MATRIMONII: sacramentum ad sanctificandos conjuges institutum. P.718.

ADVERSARIJ :

1. Haeretici veteres: "matrimonium est inventum diaboli".
2. Novatores: "honestum quidem sed non sacramentum".

NOTA : De Fide Definita in Trid. (D.971)

CIC

1012

1013/1012

1110

CIC 1081 #1 facit consensus utriusque non habet legitimum manifestum

#2 consensus - actus voluntatis quo utraque pars intendit et

acceptat in in corpore perpetuum et exclusivum

in ordine ad actus per se ipsos ad prolem generationem

CIC 1110 Ex verba verbi unius enunciat inter

conjuges uterque natura non perpetuum et exclusivum

PROBATUR: 1°- S.Scriptura : Eph.5,22-33 (argumento deductivo saltem probabili.)

Exhortatur S.Paulus mulieres ad reverentiam et obedientiam maritis exhibendam, maritos vero ad devotissimum amorem exercendum, utrumque ex motivo supernaturali pulcherrimo, np. ex eo quod unio conjugalis Christianorum (de qua v.31) excellentissimum sit symbolum unionis Xti cum Ecclesia (v.32:

);  
Atqui qui ita loquitur, saltem implicite et virtualiter affirmat contractum matrimonii inter Christianos esse verum N.T. sacramentum ad sanctificandos conjuges institutum;

Ergo hoc loco S.Paulus saltem implicite et virtualiter affirmat contractum matrimonii inter Christianos esse verum N.T.sacramentum ad sanctificandos conjuges institutum;

Ergo, juxta S.Paulum, existit sacramentum matrimonii.

Ultima consequentia est evidens.

MAJ. patet legenti totum textum.

MIN.: Nam 1) Ut christianum connubium tam excellenter repraesentet unionem dilectionis et gratiae inter Xtum et Ecclesiam, debuit christianum connubium a Xto elevationem supernaturalem accipere et speciales gratiae debuerunt a Xto conjungi cum vinculo maritali christiano.

2) Quod tam excellenter repraesentat unionem dilectionis et gratiae inter Xtum et Ecclesiam est signum gratiae in praesenti oeconomia salutis existens; Atqui omne signum gratiae in praesenti oeconomia salutis existens est signum efficax gratiae: Ergo quod tam excellenter repraesentat unionem dilectionis et gratiae inter Xtum et Ecclesiam est signum efficax gratiae.

Ultima Maj.: evidens per se, quia gratiae vinculo Ecclesia cum Xto unitur.

Ultima Min.: quia, ex tota doctrina S.Pauli de indole N.L., nullum existit in N.L. vacuum gratiae signum, sed efficax tantum. Cf. Hebr.9,9ss.; Gal.4,9.- P.699-702.

3) Hoc sensu Traditio intellexit, ut patet, v.g. ex Trid. (D.969): "gratiam vero in Xto et in Ecclesia".

2°- Traditione.

- a) PP.- P.703-706. Scil. connubium christianum rem sacram affirmant speciali modo a Xto consecratam, per gratiam annexam. Cf. Gihl, § 25,5.
- b) TT.- P.707.- V.g. S.Th. Suppl.42,1-3.
- c) Rituales libri.- P.713 "Quod matrimonium inter sacramenta ponunt..."
- d) Ecclesiae orientales.- P.714.
- e) Ecclesiae declarationes: Concilia plura; Veronense (D.402), Lugdunense II (D.465), Tridentinum (D.969,970,971); plures etiam Romani Pontifices: Leo XIII (D.1853), Pius X (D.2051).- P.715.

3°- Ratione convenienti : S.Th. Suppl.42,3; P.716; Gihl, §25, 7. Scilicet:

- 1) Ut christiani conjuges speciales accipiant gratias suo statui convenientes;
- 2) Ex hoc quod Xtus tantam unitatem et indissolubilitatem matrimonii christiani sanxerit, concludere est Xtum etiam gratiam specialem christianis conjugibus in ipso matrimonii contractu praeparasse.

DIFFICULTATES: S.Th. Suppl.41,3; 42,1; P.679,680,699,708-713,717; Comp.333-335; W.279-281.

A) "Res inhonesta matrimonium".

1.- I Cor.7,29: "Qui habent uxores, tanquam non habentes":prohibet actum matrimonii.

NEGO. Sed sanctam indifferentiam commendat. Suppl.41,3,ad 1<sup>m</sup>.

2.- Exod.19,10,15: Praecipitur populo, qui debebat Deum videre, ut non accedat ad uxores suas; ergo actus matrimonii a Deo dividit.

Conc.Antec.- Dist.Cons. "a Deo dividit"

- secundum habitum gratiae, N.
- secundum actum contemplationis, C. ad 2<sup>m</sup>.

3.- Actus matrimonii semper habet concupiscentiam adjunctam, quae est turpis: Ergo ipse actus matrimonii est turpis.

- turpitudine culpa, N.
- turpitudine poenae, C. ad 3<sup>m</sup>.

4.- Actus matrimonii indiget excusari per bona matrimonii.

- ut excusetur verum malum, N.
- ut excusetur quod aliquam similitudinem mali habet et tamen non est malum, C. ad 4<sup>m</sup>.

Cf. P.687-693; Suppl.49.

5.- Actus matrimonii est ejusdem speciei cum actu adulterii.

- in specie naturae, C.
- in specie moris, N. ad 5<sup>m</sup>. P.694-699.

6.- Semper in actu matrimonii est superfluitas delectationis, adeo ut absorbeat rationem.

- i.e. et rationis actum impediatur et rationis ordinem tollat, N.
- i.e. rationis quidem actum impediatur, rationis tamen ordinem non tollat, C. ad 6<sup>m</sup>.

B) "Matrimonium non est sacramentum".

7.- Non est assignari formam sacramenti, quae gratiam significet, quia benedictio non est de essentia.

RESP.: 1) Verba (vel signa) consensus recte indicantur ut forma hujus sacramenti, in quantum acceptionem jurium significant.

2) Haec verba gratiam non significant ex vi sua naturali, ex Dei tamen institutione significant.- Suppl. 42,1, ad 1<sup>m</sup>; P.760.

8.- Non est assignare materiam.

- stricte dictam, C.
- late dictam, ut in Poenitentia, N.

Materia recte dicuntur verba consensus in quantum traditionem jurium significant.- Ad 2<sup>m</sup>; P.759.

9.- Ex dictis, unicum elementum, nempe verba consensus, esset simul materia et forma hujus sacramenti; atqui materia et forma sacramentorum sunt duo elementa distincta, res et verba; ergo ex dictis sequitur falsum.

DIST.MAJ.: "unicum elementum" :

- re et ratione unicum, N.
- re unicum, ratione duplex, C.

CONT.MIN.: "duo elementa" :

- saltem ratione distincta, C.
- etiam re distincta :
  - in omnibus aliis sacramentis, C. vel Tr.
  - in hoc sacramento, N. - P.754-758.

10.- Per matrimonium homo non conformatur Passioni Christi.

- quantum ad poenam, quam Xtus passus est, C.
- quantum ad caritatem qua pro Ecclesia passus est Xtus, N.- Suppl.42,1, ad 3m.

11.- Matrimonium non efficit quod figurat; atqui sacramentum efficit quod figurat: ergo...

DIST.MAJ.: - quod speculative tantum figurat, C.  
- quod etiam practice figurat, N.

CONT.MIN.:

Ad 4m; W.279,2: sacramenta Xti sunt signa demonstrativa gratiae, commemorativa Passionis, pronostica gloriae.

12.- Non potest in matrimonio indicari sacramentum tantum, res et sacramentum, res tantum.

NEGO : 1) sacramentum tantum sunt verba consensus;  
2) res et sacramentum est vinculum matrimoniale cum titulo ad gratiam specialem sacramentalem;  
3) res tantum est specialis gratia sacramentalis matrimonii.- Ad 5; W.279, ad 5am Prob.

13.- Matrimonio non est a Xto institutum.

- in ratione contractus, C.
- in ratione sacramenti:
  - imperfecti, Tr.
  - perfecti, N.

P. 679; Trid. (D.969) "sacramentum institutum et perfectior".  
Cf. S.Th., 3, 62, 1, ad 1m.

14.- Nequit probari matrimonium esse a Xto institutum in ratione etiam sacramenti perfecti.

- nequit probari directe, C.
- nequit probari indirecte, N.

P. 717; W.281; Comp.335.

Quandonam ita instituit aut saltem perfecit? alii dicunt Cana Galilaeae, alii ubi Xtus unitatem matrimonii christiani sanxit, alii post Resurrectionem suam.

15.- Matrimonium jam ante Xtum fuit signum rei sacrae in quantum sanctificans, siquidem jam inde in sua prima institutione a Deo significavit conjunctionem Xti cum Ecclesia.

- signum practicum gratiae N.L. propriae, N.
- signum vacuum gratiae N.L. propriae, C.

P.699,700. Matrimonium jam in V.L. significavit futuram unionem Xti et Ecclesiae speculative, C. vel Tr.; practice, N.

16.- 1 Cor.7,38: contractu matrimoniali relinquit homo majus bonum virginitatis et praefert minus bonum conjugii: ergo matrimonii contractu non augetur gratia.

CONC.ANTEC. DIST. CONS.:

- non tam augetur quam augetur, si propter Deum status continentiae retineretur, C. vel Tr.
- nullo modo augetur, nec jus acquiritur ad gratias speciales in novo statu necessarias, N.

W.279, ad prob. 3am; Comp.334; Suppl.42,3.

17.- Non omnes TT. et canonistae consentiunt gratiam augeri sacramento matrimonii.

- non physice omnes, C.
- non moraliter omnes, N.

Errasse videntur de hac re Lombardus, Durandus cum tribus canonistis antiquis.- P.708-713; Comp.333; W.280; Suppl.42,1, ad 4m.

\* \* \*

- Thesis 8<sup>a</sup> -

SACRAMENTUM MATRIMONII EST IPSE CONTRACTUS MATRIMONII CHRISTIANORUM, QUI PERFICITUR PER VERBA DE PRAESENTI.

Suppl.42,4; 44-47; P.718-752; Comp.336-343; Bellarminus,cc.7,8; Palmieri,th.1-3; 10; Hurter,th.260-261; Pohle,157-167; Gehr,§§ 26-28; Braun,s.j.,1ère Instruc. II.

1<sup>a</sup> PARS: "Sacramentum matrimonii est ipse contractus matrimonialis christianorum".

SACRAMENTUM MATRIMONII: signum externum gratiam conferens christianis matrimonium contrahentibus.

EST IPSE CONTRACTUS MATRIMONII CHRISTIANORUM: nil aliud est nisi contractus matrimonii christianorum, seu contractus matrimonialis eo ipso quod valide fit a christianis, seu baptizatis, est sacramentum. - P.713.

ADVERSARII :

- 1°- De Dominis, Launoy et alii Regalistsae: "aliquid accedens ad contractum, puta benedictio sacerdotalis".
- 2°- Melchior Cano et alii: "contractus est materia, benedictio est forma".
- 3°- Vasquez, W. (Holtzclau) 300-304, Platel et alii: "possunt christiani defectu intentionis efficere ut solus contractus naturalis existat sine sacramento". P.719.

NOTA : Certa. - P.710.

PROBATUR: 1°- Ex S.Scriptura : Eph.5,31-32:

Ipse contractus matrimonialis christianorum habet vim significativam et productivam gratiae. P.722.

2°- Ex Traditione :

- a) Ex consensu uniam<sup>n</sup>i TT. usque ad Canum. P.723.
- b) Ex Trid. (D.969) - P.724.
- c) Ex disertis declarationibus Romanorum Pontificum, Pii VI, Pii IX et Leonis XIII (D.1640,1765,1766,1854).- P.724.

2<sup>a</sup> PARS : "Contractus matrimonialis perficitur per verba de praesenti".

CONTRACTUS: "duorum in idem consensus obligationem pariens". P.682.

CONTRACTUS MATRIMONIALIS: contractus quo vir et mulier modo legitimo sibi mutuo tradunt jus actuum necessariorum ad generandam et educandam prolem et se obligant ad individuan vitae consuetudinem retinendam.

PERFICITUR: essentialiter: societatis maritalis vinculum quoad essentialiam complete constituitur, ita ut vir fiat verus maritus et mulier vera uxor.

PER VERBA DE PRAESENTI (sensu tecnico): per verba vel alia signa quibus duo ad contrahendum habiles sibi hic et nunc dant potestatem mutuan in corpora ad actum generationis. P.683-685; 731.

## ADVERSARIJ:

Julianus, pelagianus, canonistae nonnulli, cum quibusdam hodiernis, ut v.g. Dr Jos.Freisen: "requiritur copula ad essentialiter perficiendum contractum matrimonialem". P.731 "Nihilominus...

NOTA : Certa.

PROBATUR : 1°- Ex S.Scriptura: Mt.1,16,20: "Joseph,virum Mariae",  
"noli <sup>timere</sup> accipere Mariam conjugem tuam".

Nisi matrimonialis contractus perficiatur per verba de praesenti sine copula, Maria et Joseph non fuerunt veri conjuges;

Atqui ex hoc loco S.Scripturae, Maria et Joseph fuerunt veri conjuges;

Ergo ex h.l. S.S. contractus matrimonialis perficitur per verba de praesenti sine copula.



MAJ.: quia, ex Tr. de Verbo Incarnato, inter Mariam et Joseph nulla unquam copula intercessit, sed sola verba de praesenti.

MIN.: juxta textum, Joseph fuit verus vir Mariae, Maria autem vera conjux Josephi (sive verba Angeli "noli timere accipere Mariam conjugem tuam" cum Maldonato et aliis intelligas: jam conjugem tuam, sive cum Mnabenbauer et aliis: in conjugem tuam). Cf. Maldonatus, in Mt., pp. 32, 33; Knabenbauer, I, pp. 47-52. - S.Th. 3, 29, 2.

2°- Ex Traditione:

- a) FP.- P. 734-740.
- b) TT., v.g. S.Th., Supl. 42, 48, 1; P. 745.
- c) Ecclesiae declarationes: Trid. (D. 976, 990); Nicolaus II et Alexander III (D. 334, 397). P. 742-3.
- d) Catechismus Romanus et Ritualia. P. 744.

3°- Ex Ratione theol.:

Si contractus matrimonialis essentialiter perficitur per copulam, peccat ille qui in statu peccati mortalis primam copulam habet cum conjuge, nam recipit sacramentum matrimonii in statu peccati mortalis;

Atqui non peccat ille (ita omnes);

Ergo contractus matrimonialis non essentialiter perficitur per copulam.- P. 746.

Coroll. 1.- Ipsa verba de praesenti totum ritum sacramentalem matrimonii constituunt quoad essentiam. P. 754-760; W. 317-323; Palmieri, p. 93, VII; Bellarminus, c. 6; Gehr, §§ 27, 28.

Coroll. 2.- Ministri sunt ipsi contrahentes. P. 868-873; W. 305-306; Hurter, th. 261; Palmieri, th. 11; Gehr, ibid.

Coroll. 3.- Matrimonium inter christianos per procuratorem vel litteras contractum, statim ac valide contractum est, sacramentum est. P. 729, 730.

Coroll. 4.- Matrimonium infidelium non est proprie dictum sacramentum, seu signum efficax gratiae. P. 726.

Num fiat sacramentum proprie dictum, quando conjuges baptizantur, disputatur inter Th.- Lege P.727.

Item disputatur de matrimonio inter fidelem et infidelem.- Lege P.728.

DIFFICULTATES : A) Cum Cano et asseclis.

1.- 1 Cor.4,1: ad apostolos et ad eorum successores in ecclesiastico ministerio, episcopos et presbyteros, pertinet dispensare sacramenta; atqui matrimonium est sacramentum: ergo ad episcopos et presbyteros pertinet dispensare sacramentum matrimonii: ergo, sicut poenitentiae sacramentum constat ex actibus poenitentis et absolutione sacerdotis, ita matrimonii sacramentum ex mutuo consensu contrahentium et benedictione sacerdotis aut episcopi.

DIST.MAJ.: "dispensare sacramenta" :

- respectu quorum requiritur potestas ordinis, C.
- secus, N.

CONT.MIN.: et negatur paritas cum aliis sacramentis, etiam cum sacramento Poenitentiae. W.311; Hurter, 597,1.

2.- Melchioris Cano sententiae favent plurimi PP., v.g. Tert., Bas., Ambr.; plures Pontifices, v.g. Evaristus, Innoc.I, Hormisdas; plura etiam Concilia et ritualia.

NEGO. W.313; Hurter, 597,2.

3.- In aliis sacramentis nequit idem esse suscipiens et minister: ergo idem dicendum de matrimonio.

NEGO ANTEC. universaliter sumptum: nam in Eucharistia potest esse idem suscipiens et minister. Quoad alia sacramenta, Nego paritatem.- W.311.

4.- Trid., c. Tametsi (D.990), jubet parochum dicere: "Ego vos in matrimonium conjungo in nomine P. et F. et Sp.S."; Atqui hoc evidenter ostendit parochum esse ministrum sacramenti matrimonii: Ergo parochus est minister...

MIN: Nam 1) sensus naturalis verborum vult ut parochus desponsatos vere conjungat in matrimonium;

- 2) patet ex paritate cum aliis formis, v.g. "Ego te baptizo..."

CONC.MAJ. - DIST.MIN.: "esse ministrum":

- late dictum, seu ministrum solemnitatis et testem ex officio deputatum, C.
- proprie dictum, seu verum ministrum contractus matrimonii, N.

DIST. pariter CONS.

Ad prob.m. 1<sup>am</sup>: Dist.: "sensus naturalis":

- nisi attendatur natura contractus qui perficitur solis contrahentibus, C.
- secus, N.

Ad prob.m. 2<sup>am</sup>: Nego paritatem.

Verba "Ego vos conjunvo" nil ad validitatem sacramenti conferunt, nec aliud sunt nisi sacramentale quoddam ab Ecclesia institutum.- W.312.

5.- Favet S.Th.IV,d.1,q.1,a.3,ad 5; C.G.IV,78; Suppl.8,1;22,2; 31,1; 39,2; 3,83,3, ad 8.

NEGO prorsus.- W.314; Hurter, 597,3.

6.- Matrimonium solis conjugum verbis contractum non significat gratiam.

- neque actu, neque aptudine significat, N.
- non significat actu:
  - absque Dei positiva institutione, C.
  - etiam ex positiva Dei institutione, N.

*Significant unionem  
membrorum l. 11.  
D.B. 702*

Recole dicta de symbolismo sacramentorum in Tr. de Sacr.in genere.- P.760, Comp.340; W.316.

7.- Requiruntur verba in omni sacramento.

- vel formalia, vel aequivalentia, C.
- formalia:
  - in omni alio sacramento, C. vel Tr.
  - etiam in matrimonio, N.

P. 760, "Quia autem..."

8.- Ergo ubi matrimonium contrahitur copula affectu maritali habita, dici debet ipsa copula, saepe illicita, esse sacramentum, actus religionis.

DIST.: "copula"

- spectata in se et absolute, N.
- spectata in ratione signi, C.

P. 760, in fine; W.316, ad 2, resp.2; 310, ad conf. 2am.

B) Cum Holtzelau et aliis.

9.- Sicut elevando abluitionem aquae ad rationem sacramenti, Xtus naturam et vim illius abluitionis corporalis non immutavit sed solum addidit vim collativam gratiae, ita, eodem modo, elevando consensum mutuum in matrimonio ad rationem sacramenti Xtus naturam et vim illius consensus non immutavit; Atqui infideles abluitione baptismali recepta absque intentione quisita, quoad corpus quidem abluuntur, non recipiunt tamen sacramentum baptismi: Ergo eodem modo fideles legitime dato consensu mutuo in matrimonio absque intentione requisita ad sacramentum contrahunt matrimonium quin sacramentum recipiant.

NEGO MAJ. seu paritatem. Nam Xtus instituendo Baptismo vim collativam gratiae addidit separabilem ab abluitione aquae, dum instituendo sacramentum matrimonii vim collativam gratiae addidit inseparabilem a veritate contractus matrimonii inter christianos.

Vim collativam gratiae dixi, non collationem de facto, quia haec est separabilis a veritate contractus et sacramenti.

P.722 "quando igitur..."; Legant W.300-304.

C) Contra 2<sup>am</sup> partem.

10.- De integritate matrimonii est ut vir et mulier copulam carnalem habeant: ergo matrimonium non perficitur absque copula carnali.

DIST. ANTEC.: "De integritate matrimonii":

- prima, essentiali, quoad primum esse, N.
- secunda, accidentali, quoad operari in actu secundo, C.

DIST. pariter CONS.: "Non perficitur":

- quoad primum esse, N.
- quoad accidentale esse, seu quoad operari in actu secundo, C.

Matrimonium est forma, ens morale, quo copula licita differt ab illicita

81

1. 11.- Gn.2,24; Mt.19,5: Quod vir et mulier fiant una caro, requiritur ad esse primum matrimonii; Eph.5,31,32: quod vir et mulier fiant una caro constituit matrimonium in ratione signi sacramentalis; I Cor.6,16: sola copula carnalis est quae virum et meretricem facit unum corpus et unam carnem. Unde argumentum:

Virum et mulierem fieri unam carnem est eos copulam carnalem habere; Atqui ad unum esse matrimonii requiritur ut vir et mulier fiant una caro; Ergo ad unum esse matrimonii requiritur ut vir et mulier copulam carnalem habeant.

Maj.: patet praesertim ex I Cor.6,16, ubi meretricio commercio applicatur verbum "Erunt duo in carne una".

Min.: patet ex tribus aliis textibus.

RESP.: Admitto textus sed explico:

\* 1°- Gn.2,24: primum matrimonium exhibet ut ordinatum quidem ad copulam carnalem, ut ad actum ejus, sed jam essentialiter constitutum ante omnem hujusmodi copulam.

2°- Mt.19,5: directe respicit vinculum matrimonii natura sua indissolubile quia facit virum et mulierem unam carnem; copulam vero carnalem non nisi indirecte respicit.

3°- Eph.5,31,32: sensu directo agit de amicitiae unione perfectissima quae debet existere inter christianos conjuges; ergo de permanente conjugii vinculo; de copula carnali non nisi indirecte ut de actu ad quem hujusmodi vinculum jus et potestatem facit.

4°- I Cor.6,16: alii alio modo explicant. Nobis praeparet P.Cornely expositio. Scilicet, S.Paulus ad amorem illegitimum, quo per peccatum conglutinantur fornicatores sensu analogo transfert verba Dei ea amoris vinculo legitimo conjugum. Dicit enim fornicatores fieri unum corpus, non unum spiritum, sicut Xtus et nos sumus. Cf. Cornely, in I Cor., pp.153-155. Unde ad arg.:

- DIST.MAJ.:
- fieri unam carnem sensu corporali, C. vel Tr.
  - fieri unam carnem sensu spirituali:
    - est copulam actu habere, N.
    - est copulam jure et potestate habere, C.

Textus non dicit utrum  
in "una caro" materialiter  
vel moraliter e interpretatur  
de materialitate N

sola copula carnalis facit  
"unam carnem" materialiter  
C fornicatores N nam  
dicitur copula carnalis eius  
ulla forma matrimonii

CONT. MIN.: - sensu spirituali fiant una caro, C.  
 - sensu corporali fiant una caro, N.

DIST. pariter CONS.:

- ut habeant actu, N.
- ut habeant jure et potestate, C.

Paulo alia est explicatio S.Thomae, Suppl.42,4, ad 1m et 2m.

12.- Sacramentum matrimonii non perficitur sine illo actu, sine quo non obtinetur id ad quod ordinatur sacramentum matrimonii; Atqui sine copula carnali non obtinetur id ad quod ordinatur matrimonium (np. generis humani propagatio): Ergo sacramentum matrimonii non perficitur sine copula carnali.

DIST.MAJ.: - sine jure ad illum actum, C.

- sine ipso actu:
  - non perficitur quoad essentiam, N.
  - quoad operationem et executionem finis, C.

CONT.MIN.- DIST. pariter CONS.- Suppl.42,4 ad 3.

13.- I Cor.7,9: Matrimonium non essentialiter perficitur ut sacramentum sine quo nullum remedium praestat; Atqui matrimonium remedium non praestat sine copula carnali: Ergo matrimonium non est sacramentum sine copula carnali.

DIST. MAJ.: - per gratiam quae in eo datur, C.

- per actum suum, N.

CONTRAD.MIN.- Suppl.42,4 ad 4m.

*Practica - esse operari*

14.- Adversariis favet auctoritas FP., v.g. Amb., Aug., Chrys.

NEGATUR.- P.734 "A Gratiano..."; 736,738 "Sed haec sufficient...";  
 739.- S.Th.3,29,2, ad 1m,2um,3m; Suppl.48,1, ad 1m.

15.- Adversariis favent saltem Hincmarus et Gratianus.

RESP. 1° DIST.ANTEC.+ - contra unanimem aliorum doctrinam, Tr.  
 - secus, N.

2° DIST.ANTEC.: - quoad rem ipsam, N.  
 - quoad modum loquendi a nostro diversum, C.

P.747-748: Scl.: Hincmarus matrimonium perfectum intelligit matrimonium consummatum; Gratianus vero matrimonium initiatum et ratum intelligit quod Trid. ratum et consummatum.

16.- Sine quo actu matrimonium non est indissolubile, sine illo non perficitur; Atqui sine copula carnali matrimonium non est indissolubile; Ergo sine copula carnali matrimonium non perficitur.

- DIST.MAJ.: - sine quo actu matrimonium non est intrinsecus indissolubile, C.  
 - sine quo actu matrimonium non est etiam extrinsecus indissolubile:  
 - matrimonium non perficitur essentialiter, N.  
 - matrimonium non perficitur quoad esse  
 2um, N.

CONT.MIN.: - intrinsecus, N.  
 - extrinsecus, C.

DIST. pariter CONS.: - in ipsa sua essentia, N.  
 - in sua operatione, C.- P.749.

17.- Matrimonium imperfectum est contradictio in adjecto: Atqui matrimonium quod non est etiam extrinsecus indissolubile est matrimonium imperfectum; Ergo tale matrimonium est contradictio in adjecto.

- DIST.MAJ.: - imperfectum in ipsa essentia matrimonii, C.  
 - imperfectum in operatione matrimonii, N.

CONT.MIN. - P.750.

18.- Matrimonium non est essentialiter perfectum sine illo actu in quem est consensus ipse matrimonii constitutivus; Atqui consensus ipse matrimonii constitutivus est in copulam carnalem; Ergo matrimonium non est essentialiter perfectum sine copula carnali.

- DIST.MAJ.: "in quem est consensus matrimonii":  
 - in quem ipsum directe et explicitate, C.  
 - in jus ad quem tantum directe et explicitate est consensus matrimonii constitutivus, N.

CONT.MIN.: - in ipsam copulam carnalem directe et explicitate, N.  
 - in jus ad copulam carnalem directe et explicitate, C.

Consensus matrimonii directe et explicitate est in solam copulam conjugalem seu in jus conjugale dandum et accipiendum.

Lege P.751; S.Th., Suppl.48,1 (ubi concedit consensum matrimonii esse consensum indirectum, implicitum, conditionatum saltem, in ipsam copulam carnalem, nempe si Deo placeret, ipsum etiam consensum mutuum B.V.M. et S.Joseph).

Coroll.1.- Propositum servandae castitatis perpetuae non obstat matrimonio.

Doctrina certa et communis.

Coroll.2.- Videtur idem dicendum de voto perpetuae castitatis etiam in pactum matrimoniale deductum, modo neutra pars positivo voluntatis actu excludat jus etiam radicale et remotum ad actum conjugalem.

Doctrina disputata inter DD., sed nobis probabilior videtur.  
P.752,753; CIC.,c.1086, §2; Rosset,192-203.

*Disputatio maxime de fundamento - G. Ford. The Validity of Virginal Marriage  
Hampden Press, Worcester, Mass.*



- Theais 9<sup>a</sup> -SACRAMENTUM MATRIMONII EFFICIT VINCULUM INTER CONJUGES INTRIN-  
SECUS PLANE INDISSOLUBILE.

S.Th., Suppl. 62, 5; 67, 1; P. 761-684; Comp. 544-551; W. 387-390;  
Hurter, th. 264-265; Palmieri, th. 16-23; Bellarminus, cc. 15-17; Pohle-  
Preuss, 185-198; Gehr, §§ 30, 31.

SACRAMENTUM MATRIMONII: contractus matrimonialis inter chris-  
tianos valide initus.

EFFICIT VINCULUM INTER CONJUGES: vinculum conjugale creat: jus  
et obligationem alterius ad alterum, quibus societas conjugalis  
essentialiter constituitur (vinculum morale).

VINCULUM CONJUGALE DISSOLVI: destrui jus illud et obligationem  
illam alterius ad alterum, quibus societas conjugalis essentiali-  
ter constituitur.

Cujus dissolutionis duplex causa excogitari potest:

- 1) Ipsi matrimonio intrinseca: indistincta ab ipsis conjugibus,  
qui vinculum conjugale dissolverent retractando consensum  
datum.
- 2) Ipsi matrimonio extrinseca: distincta ab ipsis conjugibus,  
v.g. auctoritas superioris invalidantis contractum matrimo-  
niale initum inter subditos.

(Caeteri contractus omnes praeter matrimonium rescindibiles  
sunt tum intrinsece tum extrinsece. Venditio v.g. valide effecta  
potest invalidari ab ipsis contrahentibus libere retractantibus  
consensum suum, potest etiam aliquando invalidari per auctori-  
tatem civilem aut ecclesiasticam.)

## ADVERSARIII :

- 1°- Athei et Rationalistae; Protestantes et Orientales Schis-  
matici: "ob varias rationes conjuges possunt vinculum ma-  
trimoniale solvere".
- 2°- Aliqui Graeci catholici et aliqui TT. latini olim, v.g. Ca-  
jetanus, Catharinus, Launoy: "ob adulterium alterius con-  
jugis". P. 776.

*Jun 27*

NOTA : Saltem proxima fidei, ex Trid. (D.969,975,977). P.784; Palmieri, p.142.

PROBATUR: 1°- Ex S.Scriptura: I Cor.7,10,11; Rom.7,2,3; Mc.10,11,12; Lc.16,18.

Sacramentum matrimonii efficit vinculum inter conjuges intrinsecus plane indissolubile, si jure divino omnis omnino facultas negatur conjugibus christianis per retractationem consensus societatem conjugalem destruendi;

Atqui, ex his locis, jure divino omnis omnino facultas negatur conjugibus christianis per retractationem consensus societatem conjugalem destruendi;

Ergo...

MAJ.: evidens terminis.

MIN.: apertissima attente consideranti verba Xti et Pauli, quorum affirmatio omnino absoluta est et universalis.- P.761.

2°- Ex Traditione :

- a) PP.- P.782.
- b) Summi Pontifices.- P.765,784.
- c) Concilia.- P.766,783,784.
- d) TT.- P.766 "Caeterum..."

3°- Ex Ratione philosophica :

Nam, lege naturali, ex praecepto secundario, omne matrimonium legitimum est intrinsecus plane indissolubile.- S.Th.,Suppl.67,1; P.767-774.

Schol.1.- De effectibus qui matrimonio conveniunt ut sacramento nulla specialis difficultas.- P.762.

Schol.2.- De obligationibus conjugum.- P.775.

DIFFICULTATES : Suppl.67; P.767-774,777-781; Comp.349-351; Bellarminus,c.17 (14 obj. exponit et solvit: 12 Kemnitzii, 1 Lutheri, 1 Buceri).

1.- (Obj. Buceri in comment.,c.19 Mt.); Deut.24, Mt.19,7,8: Ex his locis, Judaeis ubi propter duritiam cordis simul commode habitare non poterant, permissum erat dimittere uxores et alias ducere; Atqui si hoc Judaeis permissum erat, idem debet licere Christianis: Ergo et Christianis, ubi propter duritiam cordis simul commode habitare non possunt licet dimittere uxores et alias ducere.

MAJ.: ex ipsis Dei verbis in Deut. et Xti in Mt.

MIN.: Nam: 1) Si causa legis durat, aequum est ut duret lex.  
 2) Filius Dei non damnavit quidquam eorum quae Pater praecepit.  
 3) Nuptiae Christianis aequae necessariae sunt Judaeis, siquidem, a) eadem natura humana; porro non creavit Deus hominem masculinum et feminam (Gn.7,2) ut seorsim vivant; b) Jubet Paulus, I Cor.7,2, ut "unusquisque suam uxorem habeat"; c) Verbum Domini est "unusquisque suam et unaquaeque suam".

RESP.: Admitto textum, sed :

Nota I : Multi TT. negant stricte dictum divortium Deut.24,1, sensu proprio permissum esse Judaeis. Dicunt enim matrimonii primi vinculum permansisse usque ad mortem unius conjugum; licuisse tamen viro aliam ducere, quia tunc uni viro poterant esse simul plures uxores legitimae, sed mulieres dimissae omne matrimonium viro qui eam dimisit adhuc vivente attentatum verum adulterium fuisse, hac solum ratione permissum seu toleratum, quod lege non puniretur.- Quattuor modi permissionis:

- 1) per privationem praeceptionis;
- 2) per privationem prohibitionis;
- 3) per privationem conibitionis;
- 4) per privationem punitionis.- Suppl.67,3.

In hac prima sententia, argumentum Buceri solvitur

DIST. MAJ.: - dimittere uxorem cum solutione vinculi, N.  
 - dimittere uxorem sine solutione vinculi, C.

CONTRAD MIN.

Nota II: Nobis videtur, sicut multis TT. Deut.24,1, stricte dictum divortium proprie permissum esse Judaeis et ipsius mulieris dimissae matrimonium cum aliō viro verum et legitimum fuisse; sed Christus hanc concessionem Judaeis factam apertissime revocavit Mt.19,3-16. (Quod ergo... Ab initio autem... Qui dimissam duxerit moechatur... Dicunt ei discipuli...).

Unde ad arg.: CONC. MAJ.- NEGO MIN.

Ad 1<sup>am</sup> rationem min.: Causa legis fuit Judaeorum durities cordis ante Christianam legem caritatis et gratiae. Causa igitur illa non universaliter durat et si duraret, non esset toleranda propter majorem gratiam.

Ad 2<sup>am</sup>: Non damnavit sed ad perfectionem primitus a Patre ipso intentam reduxit legem matrimonii. Xtus praeterea multa V.L.praecepta abolevit, quin ea pro V.T. tempore data damnaret.

Ad 3<sup>am</sup>: Nuptiae non sunt ita singulis necessariae ut, ubicumque est vir aut mulier sine conjuge, continuo debeat conjux ei dari. Alioquin falsa essent Apostoli verba I Cor.7, vv.1,7,8,25-28.

Ad a) Deus hominem masculum et feminam esse voluit ut propagari posset genus humanum, non autem ut omnes cogerentur cum conjuge vivere.

Ad b) et c) Illud dicitur conjugatis; i.e. non quaerere solutionem, vel si de ineundo matrimonio intelligitur, dicitur illis tantum qui liberi sunt et fornicationis periculum timent, ut patet ex I Cor.7,7 et ex toto loco.

Lege Bellarminum, c.17, pp.98-101; P.771-774; Suppl.67,2, ad 3.

2.- Contractus qui duorum libero consensu initur, libero eorundem consensu irritatur; Atqui contractus matrimonialis duorum conjugum libero consensu initur: Ergo eorum libero consensu irritatur.

DIST. MAJ.: "qui duorum libero consensu initur":

- cujus et existentia et essentia a libero duorum consensu pendet, C.
- cujus existentia sola, non essentia a libero duorum consensu pendet, N.

Contrad. min.- P.767.

3. Saltem ipsa lex naturalis quasdam rationes assignavit ob quas conjuges solvere possunt vinculum matrimonii, praesertim si les humana permittat. V.g. interdum nullus finis matrimonii obtinetur; Atqui in his solvi potest matrimonium ex mutuo conjugum consensu; Ergo interdum saltem solvi potest...

RESP. 1<sup>a</sup>: Bellarmini et aliorum:

- matrimoni non elevati ad dignitatem sacramenti, C.
- matrimoni etiam elevati ad dignitatem sacramenti, N.

2<sup>a</sup>: longe communior et probabilior:

Nego assertum. - Ad prob.: Conc. M. - Nego m.

Comp.349; P.768-770; Suppl.67,1, ad 3 et 4 :

"Matrimonium ordinatur ad bonum prolis non solum ad aliquod tempus, sed per totam vitam prolis"...

"Inseparabilitas in aliquo homine, non simpliciter est contra bonum prolis"...

4. Ipse Deus non dispensat in lege naturali, secus haec non esset immutabilis.

- ipse Deus non dispensat in praeceptis primariis, contra primariam intentionem naturae, C.
- in praeceptis secundariis, contra secundariam tantum intentionem naturae:
  - non proprie dispensat a lege naturali, C.
  - nec improprie, seu mutando ipsam materiam addita nova conditione, N.

In his secundariis legis naturalis praeceptis quae in secundaria tantum naturae intentione fundantur, obligatio est hypothetica dicenda, i.e. nisi Deus positive permittat et aliter bono naturae provideat. Unde proprie lex naturalis in se semper immutata remanet. Comp.350; Suppl.67,2.

5. Mt.5,31,32 ; 19,9; Christus ipse a lege inseparabilitatis excepit casum adulterii. Nam: 1) evidenter permittit viro ut dimittat uxorem adulteram; 2) et quidem divortio proprie dicto, de quo solo interrogatus fuit et Moyses locutus est, quod solum Scribae et Pharisei noverant; 3) vox a Mt.adhibita, in Mc.et Lc. designat repudium quoad ipsam vinculum; 4) Xtus diserte dicendo: "Qui dimittit excepta fornicationis causa et aliam ducit

moechatur", implicite dicit: "qui fornicationis causa dimittit et aliam ducit non moechatur". Siquidem hic est sensus obvius talium verborum; 5) Nisi divortium stricte dictum intelligatur, Christus diceret fornicationem esse unicam causam divortii etiam late dicti, quod falsum est; 6) Nisi aliam duci permittat, facto divortio, a) virum cogit esse caelibem et uri, quam quod melius est nubere (Luther), divortium a Christo concessum esset laqueus conscientiae, quia forte persona innocens non habebit donum continentiae (Kemnitz); b) privatur innocens jure suo absque culpa (Kemnitz).

Admitto textum (saltem cum aliqua restrictione, quoad Mt.19,9) sed:

Nota I : Plures sunt sententiae seu explicationes:

1<sup>a</sup> Explicatio: *ἡ ἀπορία* designat verum divortium, *ἡ ἀπορία* adulterium alterius conjugis, *ἡ ἀπορία* simpliciter excipit casum adulterii a lege inseparabilitatis. Ita Graeci et Protestantes.

2<sup>a</sup> Explicatio: *ἡ ἀπορία* designat verum divortium, *ἡ ἀπορία* fornicationis disputationem, *ἡ ἀπορία* sensu mere negativo accipi debet. Christus simpliciter praetermittit famosam fornicationis disputationem nec vult dirimere quis ex doctoribus Schamai, Hillel aur Aqiba recte intelligat "ervat dabai". Ita Bellarminus post S. Augustinum.

3<sup>a</sup> Explicatio: *ἡ ἀπορία* designat verum divortium, nisi sensum exceptivum habet, sed *ἡ ἀπορία* fornicatio intelligitur a muliere ante connubium commissa, impedimentum dirimens apud Judaeos, quod Christus agnovit in sua lege. Ita Doelinger.

4<sup>a</sup> Explicatio: *ἡ ἀπορία* designat demissionem absque vinculo, "nisi" sensum exceptivum habet, sed *ἡ ἀπορία* designat conjunctionem incestuosam seu matrimonium attentatum cum cognationis impedimento dirimente, seu contra prohibitiones legales, de quibus Levit.18; cf. Act. 15,29; 1 Cor.5,1. Ita Patrizzi, Aberle, Crampon.

5<sup>a</sup> Explicatio: *ἡ ἀπορία* designat fornicationem corporalem, impudicitiam, in uxore adulterium; "nisi" sensu exceptivo accipitur sed solum primum membrum "qui dimiserit uxorem suam" afficit; autem de dimissione a toro et mensa tantum intelligitur, matrimonii vinculo permanente. Unde Xtus nullam exceptionem statuit indissolubilitatis vinculi.

6<sup>a</sup> Explicatio: 1) Mt.5,31,32, Christus quaestionem solvit de effectu repudii: repudians extra causam fornicationis est causa cur uxor moechatur, et qui repudiatam ducit moechatur. 2) Mt.19, 9, Christus quaestionem solvit de causis repudii apud Judaeos: sola causa legitima est uxoris adulterium, v.9 solam legem mosaicam respicit. Ita Lagrange, Ev. selon S.Matt.

Nota II.-

1<sup>a</sup> explicatio, quamvis prima facie magis naturalis et obvia, omnino rejicienda est, non solum quia contra traditionem Ecclesiae perpetuam, sed ex ipsa attenta consideratione Scripturae. Si quidem aliam explicationem 1) patitur textus, 2) exigunt loca parallela.- P.777-778; Corluy II,486. 3) exigit ipse contextus.- P.779-781; Knab.I,225; II,137.

Nota III.-

In qualibet ex aliis propositis explicationibus tota difficultas evanescit; nobis vero 5<sup>a</sup> explicatio prae 2<sup>a</sup>, 3<sup>a</sup> et 4<sup>a</sup> probatur.

Unde ad argumentum : Nego assertum.

Ad 1<sup>um</sup> : DIST.: "ut dimittat" :

- cum solutione vinculi, N.
- sine solutione vinculi, C.

In casu adulterii Xtus separationem a toro et mensa etiam absolutam et perpetuam permittit, divortium perpetuum late dictum.

Ad 2<sup>um</sup> : Negatur Xtum permittere divortium striote dictum, quamvis de hoc solo interrogatus fuerit et Moyses locutus fuerit et hoc solum Scribae et Pharisei antea noverint. Christus enim discrete reprobatur omne divortium proprie dictum (vv.4-8) et ita Apostoli intellexerunt (v.10). Responsio igitur Christi, ut alias saepe, transcendit pharisaeorum interrogationem et novam ideam introducit Novae Legi propriam.

Ad 3<sup>um</sup> : In Mc. \_\_\_\_\_, in Lc. \_\_\_\_\_, non de se, sed cum addito "et aliam duxerit" et aliam dicit designat repudium quoad vinculum, attentatum non verum; de se solam separationem a toro et mensa indicat. Unde potest hunc ultimum sensum habere apud Mt.

Ad 4<sup>um</sup> : 1) Plures codices, inter quos Vaticanus, Mt.19,9 omit-  
tunt "et aliam duxerit" et legunt "facit eam moechari", sicut Mt.  
5,32. Porro Mt.5,32 explicationem nostram evidentissime patitur.

2) Ipsa lectio recepta hanc explicationem patitur, quamvis  
difficilius. Dicitur enim potest a) solum primum membrum "qui dimise-  
rit" affici incisiva "excepta fornicationis causa"; b) vocem vero  
"moechatur" vel duobus membris complexive sumptis applicari: "Who-  
soever shall put away his wife (which is justifiable if she be  
guilty of adultery) and marry another commits adultery", ut Pohle-  
Preuss exponit, vel distributive utrique me oro "qui dimittit"  
"qui aliam ducit" referri, sed diverso modo pro subjecta materia  
scilicet "qui dimittit excepta fornicationis causa moechatur" seu  
moechiae reus est, non propriae seu uxoris quam facit moechari;  
"qui aliam duci moechatur" moechia propria et personali. Ita Fla-  
tel, V, 1132.

3) Supra allatae rationes nos cogunt a sensu de se magis obvio  
recedere.

19,9: Christus responderet lege sua antiqua permitti legale di-  
vortium de quo interrogaverant propter fornicationem tantum...  
Quae responsio non contradicit doctrinae de inseparabilitate abso-  
luta in Nova Lege.- Ita Lagrange: c.5 = de effectu; c.19 = de cau-  
sis divortii.

, c.5, v.32: (en dehors du motif d'impudicité) vel (mis à part le cas d'adultère). Lagrange.

Ad 5<sup>um</sup> : DIST.: "unicam causam divortii late d.":

- unicum causam matrimonio intrinsecam divor-  
tium late dicti absoluti et perpetui, C.
- unicum causam etiam matrimonio extrinsecam  
divortium late dicti non absoluti nec per-  
petui, C.

Ad 6<sup>um</sup> : 1) Ad Lutherum: Christus non vetat virum reconciliari  
uxori adulterae, nec Paulus dicit melius esse moechari quam uri,  
porro qui aliam ducit moechatur.

2) Ad Kemnitzium: a) si non habuerit donum continentiae, illud  
a Deo patet aut uxori reconcilietur; b) Dist.:  
- non absque causa, C.  
- et absque causa, N.

Causa nempe est matrimonii indissolubilitas a Xto sancita prop-  
ter universale bonum. Lege Bellar., c.17; P.777-781; Knab.in Mt.I,  
229-230, I,137-145.



6. I Cor. 7,10,11: Paulus, vel melius Dominus praecipit uxorem a viro non discedere, quod si discesserit, manere inuptam, si ob culpam suam discesserit, non si causa fornicationis viri. Nam :

- 1) non plus praecipit quam Dominus, porro Dominus permittit discedere fornicationis causa;
- 2) vox reconciliari ostendit uxorem ream, nam qui laesit reconciliatur, qui laesus est placatur.
- 3) Paulo post Apostolus concedit fideli deserto ab infideli nubendi facultatem: ergo ipse admittit exceptionem. (Ita Kemnitzius).

Nego assertum. Ad cujus prob. :

Ad 1) DIST.: "permittit fornicationis causa discedere":

- soluto vinculo, N.
- permanente tamen vinculo, C.

Ad 2) Etiam laesus reconciliatur, v.g. Deus nobis.

Ad 3) Exemplum non est ad rem, nam conjugium contractum inter infideles non est sacramentum, nec de tali conjugio praeeperat Paulus vv.10,11, sed de conjugio inter fideles contracto. Bellarmin,c.17, 94-95.

7.- PP., CC., Decretum Gratiani (cc. Quod proposuisti, Quaedam, Concubuisti, Si quis est), praxis veteris Ecclesiae jus repudiandi uxorem, praesertim adulteram, et aliam ducendi agoscunt. (A Kemnitzio citantur Orig., Hier., Amb., Pollentius, Leo M.; CC. Neocaesar., Milev.).

Nego assertum: Vide textuum oppositorum explicationem in Bellarmin,c.17, 95-98, quoad praxim aliquorum episcoporum, lege Comp.351.

(Kemnitzii objectiones impudenter renovavit in nostra civitate, 10a maii,1919, Periodicum "Le Pays".)

\* \* \*

- Thesis 10<sup>a</sup> -MATRIMONIUM RATUM ET CONSUMMATUM EST ETIAM EXTRINSECUS PRORSUS  
INDISSOLUBILE

S.Th. Suppl.62,5; P.785-820; W.381-402; Hurter,th.265, cum scholiis; Bellarminus,cc.12-17; Palmieri,th.24-27; Gahr, §32; Pohle-Preuss, 198-200.

MATRIMONIUM (passive): societas conjugalis.

RATUM: sacramentali contractu initum.

CONSUMMATUM: ad cujus completionem secundariam accessit copula carnalis.

PRORSUS INDISSOLUBILE: hujusmodi societas dum duo conjuges vivunt destrui non potest.

ETIAM EXTRINSECUS PRORSUS INDISSOLUBILE: non solum non potest sola voluntate contrahentium solvi, sed, Deo ita volente, a nulla auctoritate his in terris existente solvi potest. Dicitur "Deo ita statuente", quia non negamus Deum potuisse talem potestatem concedere.

ADVERSARII : Iidem ac theseos III.

NOTA : Certa: CIC. 1118.

PROBATUR :

Matrimonium ratum et consummatum est etiam extrinsecus prorsus indissolubile, si Deus nulli auctoritati his in terris existenti potestatem dedit illud solvendi;

Atqui nulli dedit: Ergo...

MAJ.: evidens ex ipso statu quaestionis et definitione terminorum.- P.785,817.

MIN.: Nam, si ulli auctoritati dedit, Ecclesiae dedit; atqui Ecclesiae non dedit, siquidem Ecclesia nullo unquam signo ostendit se hanc potestatem habere, imo contrarium diserte declaratur in Jure, l.3, tit.32.- P.818.

Schol.1.- Matrimonium infidelium, etiam consummatum, solvi potest quoad vinculum, quando altero conjugue manente in infidelitate, alter ad fidem convertitur.

De Fide. Contra Jansenistas.

S.Th., Suppl. 59, 5; P. 785-802; Cornely in I Cor. 179, ss.; Corluy II, 488-494; Auctores Theol. Mor.

Probatur : 1) I Cor. 7, 10ss., quem locum optime exponunt Cornely et Corluy.- P. 786-790.  
2) Ex legislatione ecclesiastica.- P. 791-796.  
Legge etiam P. 797-800, ubi diversos casus solvit.

Schol.2.- Vinculum matrimonii rati per professionem religiosam alterius conjugis solvitur.

S.Th., Suppl. 53, 2; 61, 2-3; P. 803-810.

De Fide Definita in Trid. (D. 976). Contra Novatores.

Probatur : 1) Exemplis sanctorum.- P. 804.  
2) Legge Ecclesiae.- P. 805.  
3) Trid.- P. 806.

Ex quo jure? naturali an positivo? positivo divino an ecclesiastico? Triplex opinio, de qua lege P. 806-808; Cf. Rosset I, 594ss.

Schol.3.- Matrimonium ratum ex justa causa solvi potest auctoritate Summi Pontificis.

Certa. Contra Tapper et alios.- P. 811, 812.

Probatur ex praxi Ecclesiae jam diuturna et constanti, in qua si erraret sponsa Christi, errorem moralem practice doceret omnes fideles; quod est impossibile.- Legge P. 813-814; W. 409-413. Diff. P. 815-816.

DIFFICULTATES. P. 819, 820; 768-771.

- 1.- Mt. 19, 11, 12; Lex neminem cogit ad continentiam perpetuam.
  - neminem directe, per se et absolute cogit, C.
  - neminem etiam indirecte, aut per accidens, aut conditionate cogit, N.

2.- Illud vinculum conjugale destruit quod destruit unitatem carnis; Atqui adulterium destruit unitatem carnis: Ergo adulterium destruit vinculum conjugale.

MAJ.: quia, ex Gn.2,24, essentia vinculi conjugalis sita est in unitate carnis.

DIST. MAJ.: - quod destruit carnis unitatem juris, C.  
- quod destruit carnis unitatem facti tt., N.

Ex Gn.2,24, essentia vinculi conjugalis sita est in carnis unitate juris.

3.- Quae potest quodcumque vinculum morale solvere, potest etiam vinculum matrimonii rati et consummati solvere; Atqui Ecclesia potest quodcumque vinculum morale solvere: ex Mt.16,19. Ergo...

DIST.M.: "quae potest qcq. vinculum solvere" :

- cujus etiam solutio bonum hominis supernaturale per se non procuret, C.
- cujus tamen solutio bonum hominis supernaturale per se procuret, N.

4.- Et ratum matrimonium, et consummatum Ecclesia solvere potest: Ergo etiam matrimonium ratum et consummatum.

Nego Cons. Quia

- 1) Christus voluit ita;
- 2) Ratio est quia solum matrimonium simul ratum et consummatum est inter christianos matrimonium tum essentialiter, tum accidentaliter perfectum.- P.819,820.- Suppl.61,2,ad 1.

*quodcumque solvitur in hunc est solvitur et in coelis*

*Ecc. potest solvere omne vinculum quod solvit C  
omne potest solvere vinculum etiam quod  
non solvit Pato/prohibitionem*

- Thesis 11<sup>a</sup> -

POLYGAMIA SIMULTANEA LEGI EVANGELICA EXCLUDITUR, POLYGAMIA AUTEM SUCCESSIVA PERMITTITUR.

Suppl.63,1-2; 65,1; P.821-839; Comp.365-370; W.356-379; Hurter, th.263; Palmieri, th.12,15; Bellarm., cc.9-11; Gehr, §29; Pohle, IV, 172-182.

POLYGAMIA: ( pluralitatem exprimit, nuptias sonat): pluralitas nuptiarum: unio conjugalis unius cum pluribus.

Scilicet vel unio conjugalis unius mulieris cum pluribus viris, quae polyandria dicitur, vel unio conjugalis unius viri cum pluribus mulieribus, quae polygamia dicitur ( : , :mulier).

SIMULTANEA: cum pluribus simul.- P.821.

SUCCESSIVA: cum pluribus successive, soluto priore vinculo.- P.835-836.

LEX: ordinatio rationis ab eo qui curam totius communitatis habet in bonum commune promulgata.

LEX EVANGELICA: lex a Xto lata, omnes homines obligans, statim ac Evangelium fuit sufficienter promulgatum.

EXCLUDITUR: absolute prohibetur, seu sine exceptione.

PERMITTITUR: sine exceptione, quod ipsam Xti legem spectat, licita.- P.821, 835.

ADVERSARII :

1<sup>ae</sup> Partis: Mahumetani, Anabaptistae, Lutherus; "Etiam lege evangelica licita est pluralitas simultanea uxorum".-P.822.

2<sup>ae</sup> Partis: a) Novatiani et Montanistae;  
b) Orientales olim plus minusve, quoad tertias et quartas nuptias.- P.836.

NOTA : 1<sup>a</sup> Pars : De Fide Definita in Trid. (D.969,972).

2<sup>a</sup> Pars : Certa.

PROBATUR 1<sup>a</sup> Pars : "Polygamia simultanea excluditur".

1<sup>o</sup>- Ex S.S.: Mt.19,4-9. Cf. Mc.10,11,12 :

Nam Xtus vv.3-6 docet matrimonium debere esse unius cum una; cum vero, v.7, Pharisei objicerent Moysen permississe libellum repudii, Xtus vv.8,9, revocat omnem talem licentiam et in N.L. invalidum declarat omne matrimonium cum secunda muliere.- P.823.

2<sup>o</sup>- Ex TRADITIONE.

- a) FP.- P.825.
- b) Summi Pont.- P.826 (D.408).
- c) CC.- P.826 in fine et 827 (D.465,972).
- d) TT.- P.825 in fine.- Suppl.65,1.

3<sup>o</sup>- Ex RATIONE.

Nam polyandria repugnat etiam primario fini matrimonii, polyginia autem secundario fini.- P.828-831.

PROBATUR 2<sup>a</sup> Pars : "Polygamia successiva permittitur".

1<sup>o</sup>- Ex S.S.: I Cor.7,vv.8,9,39; Rom.7,2,3.

S.Paulus indefinite declarat post mortem conjugis novas nuptias licitas esse.- P.837.

2<sup>o</sup>- Ex TRADITIONE.

- a) FP.- P.838.
- b) CC.- P.839 (D.25,465).
- c) Summi Pont.. V.g. Bened.XII (D.541).
- d) Praxis Ecclesiae.- P.839.

DIFFICULTATES. P.832-834,836,838; Comp.368-369; W.360,362-365; 370, 379; Suppl.63,1-2.

A) Contra 1am Partem :

- 1.- Polygamia simultanea non opponitur fini matrimonii.
  - pluralitas simultanea virorum, N.
  - pluralitas simultanea uxorem :
    - fini primario, C.
    - fini secundario, N.

2.- Etiam sanctissimi viri plures simul uxores habuere.

- ex concessione Dei, C.
- sine concessione Dei, N.

3.- Ergo Deus dispensavit in lege naturali.

- proprie, N.
- improprie: - in praeceptis primariis et omnino absolutis, N.
- in praeceptis secundariis nec omnino absolutis, C.

4.- De tali dispensatione non legitur in S.Scriptura, ubi de historia sanctorum Patriarcharum: ergo non existit.

Conc. Antec.- Nego Cons.

B) Contra 2am Partem.

5.- Patres vituperant tertias et quartas nuptias, sic, v.g. S. Basilii dicit eas fornicatione peiores.

- ita vituperant ut concedant tales conjuges ex lege evangelica non esse separandos, C.
- ita vituperant ut dicant tales conjuges ex lege evangelica esse separandos:
  - Patres communiter, N.
  - unus vel alter, Tr. vel C.

6.- I Cor. 7, 8: Apostolus etiam secundas nuptias aversatur..

- ut illicitas, N.
- ut minus sanctas quam viduitatem, C.

7.- Secundae nuptiae causant irregularitatem, nec benedicuntur: ergo non sunt sacramentum.

Nego Consequentiam.

## DE SUBJECTO ET NECESSITATE SACR. MATRIMONII.

Dico 1.- Subjectum aptum ad sacramentum matrimonii valide et licite suscipiendum sunt christiani adulti, habiles, nondum ligati, nulla lege ecclesiastica impediti.- P.840-853.

Dico 2.- Sacramentum matrimonii nulli homini per se necessarium est ad salutem, imo praestat status caelibatus.

S.Th.2-2,152,2-4; P.854-867; W.viii,app.de virt. (Lessius), 135-137; Palmieri, th.4-5; Tepe, 820-827; Gehr, §38; Pohle, IV, 217-220; DA., Chasteté.

Contra Jovinianum et Novatores.

1<sup>a</sup> Pars : Certa.

2<sup>a</sup> Pars : De Fide Definita (D.981).

1<sup>a</sup> Pars: Quia neque lex naturalis singulos homines obligat ad matrimonium.- P. P.854; neque lex aut praeceptum Dei nunc.- P.855-857.

2<sup>a</sup> Pars: 1) S.Scriptura.- P.859-861.  
2) Trad.- P.862-863.

Difficultates.- P.864-867; Gehr, §38,6.

Dico 3.- Convenienter Ecclesia latina omnibus majoribus clericis caelibatum lege praescipit.- P.898-906; Gehr, §38,7-12.

- Thesis 12<sup>a</sup> -

ECCLESIA, ET EA SOLA, HABET POTESTATEM STATUENDI PRO CHRISTIANIS IMPEDIMENTA MATRIMONII DIRIMENTIA.

Suppl.50,1; P.874-897; Comp.372-377; W.414-422; Hurter, th.266-267; Palmieri, th.28-35; Bellarm., cc.18-32; Gehr, §§35-37; Pohle, IV, 221-241.

ECCLESIA: (regens, cui opponitur ecclesia discens et obediens); auctoritas ecclesiastica: corpus pastorum qui Apostolis succedunt, i.e.episcopi omnes in Concilio Oecumenico adunati, vel caput eorum supremum, Romanus Pontifex.



Ita vox Status, saepe supponit pro auctoritate civili, qua status seu societas civilis regitur; cf. Mt.18,17 "Dic Ecclesiae", i.e. auctoritati ecclesiasticae seu rectoribus Ecclesiae. - Palm. p.229.

ET EA SOLA: nulla alia auctoritas in his terris, ne ipsa quidem suprema civilis auctoritas.

IMPEDIMENTUM MATRIMONII: obstaculum morale tale ut matrimonium contrahi nequeat.

DIRIMENS: quod reddit matrimonium nullum et irritum.

IMPEDIENS SEU PROHIBENS: quod matrimonium reddit duxtaxat illicitum, quin ejus valori officiat.

PRO CHRISTIANIS: pro iis qui baptizati sunt, sive fideles sint, sive haeretici, schismatici, aut apostatae.

STATUERE PRO CHRISTIANIS IMPEDIMENTUM MATRIMONII DIRIMENS: lege lata determinatum contractum matrimonialem irritare, qui non lata lege valeret. Quod duplici modo fieri potest:

- a) personas, secus ad contrahendum habiles inhabiles reddendo: irritatio matrimonii indirecta.
- b) mutuum consensum certo modo datum, secus ad transferendum corporis dominium efficacem, inefficacem reddendo: irritatio directa, v.g. contractus clandestini (D.992).

HABET POTESTATEM STATUENDI...: ab ipso Xto jus accepit tales leges ferendi.

#### ADVERSARIJ:

- 1°- Lutherus et Protestantes, De Dominis, Launoy: "Solus status habet talem potestatem ab ipso Deo; non vero Ecclesia, nisi ab imperatoribus illam accipiat". P.874.
- 2°- Canonistae aulici et alii: Pothier, Portalis: "Etiam auctoritas civilis habet". P.881; Tepe, 913.

NOTA: 1<sup>a</sup> pars: De Fide Definita in Trid. (D.973-974).

2<sup>a</sup> pars: Certa (contradictoria saltem improb.).

PROBATUR 1<sup>a</sup> Pars : "Ecclesia habet potestatem"...

Ex praxi Ecclesiae: Ecclesia de facto non statueret... nisi haberet potestatem...;

Atqui de facto Ecclesia statuit pro christianis impedimenta matrimonii dirimentia:

Ergo Ecclesia habet potestatem...

MAJ.: Quia, statuendo impedimenta, implicite docet se habere facultatem a Christo acceptam, et explicite normam morum praescribit; Atqui in rebus fidei et morum Ecclesia errare non potest.

MIN.: Ex historia, v.g. "Tametsi" (D.990-992). P.875,876,879,880.

Ex doctrina Ecclesiae: Trid. (D.973-974); Pius VI (D.1559); Pius IX (D.1768-1770).- P.877,878.

PROBATUR 2<sup>a</sup> Pars : "Nulla alia auctoritas his in terris".

1<sup>o</sup>- Ex Trid. (D.982,990):

Juxta Trid. 1) causae matrimoniales inter christianos non spectant nisi ad solos iudices ecclesiasticos - hic est sensus can.12 -;

2) C. "Tametsi", Trid. sine ulla limitatione docet matrimonia clandestina esse valida, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecerit et anathemate afficit oppositam sententiam;

Atqui, si haec duo, nulla alia...

Ergo nulla alia auctoritas...

MAJ.: patet legenti Trid.

MIN.: Quia 1) "cujus quis in aliqua materia non sortitur forum, ejus etiam legibus non ligatur".

2) Doctrina c. Tametsi non esset vera, si princeps civilis independenter ab Ecclesia irritare posset matrimonia clandestina.- P.882.

2<sup>o</sup>- Ex decl. Rom. Pontificum. P.883,884; D.1640; CIC.1960.

3<sup>o</sup>- Ex Ratione convenienti.

Pax requirit ut una tantum auctoritas in christianorum matrimonia potestatem habeat.- P.885.

DIFFICULTATES: P.886-897; W.417,419,442; Rosset,727,739,742,747,795,812.

1.- Matrimonium est contractus naturalis; atqui omnes contractus naturales pertinent ad jurisdictionem status, non Ecclesiae: ergo matrimonium pertinet ad jurisdictionem status.

DIST.MAJ.: - matrimonium pro non Christianis, C. vel Tr.

- matrimonium pro christianis est contractus nat.:
- et simul sacramentum, C.
- nec simul sacramentum, N.

CONTRAD. MIN.: - omnes contractus naturales qui non sint sacramenta, C.

- omnes contractus naturales qui sint sacramenta, N.

Dist. pariter cons.: - matrimonium pro non christianis, C. vel Tr.

- matrimonium pro christianis, N.-

P.886-896.

2.- Etiam contractus matrimonii Christianorum pertinet ad statum.

- contractus matrimonii proprius seu quoad vinculum, N.
- contractus matrimonii improprius seu quoad certos civiles effectus, C.

P.887 in fine; 894,897; CIC.1016.

3.- Ecclesia saepe confirmavit leges ab auctoritate civili latis de valore matrimonii. Ergo agnovit jus tales leges ferendi.

CONC.ANTEC.- Nego cons.- P.885 in fine.

4.- Si Ecclesia mutum consensum certo modo datum ex efficaci inefficacem reddit, mutat ritum essentialem sacramenti matrimonii: Atqui Ecclesia non potest mutare ritum essentialem sacramenti matrimonii: ergo Ecclesia non potest mutuum consensum certo modo datum ex efficaci inefficacem reddere. Ergo Ecclesia non potest saltem directe irritare matrimonium.

MAJ.: Quia totus essentialis ritus matrimonii sacramenti est mutuus consensus.

MIN. (D.931): Ecclesiae potestas non attingit substantiam sacramentorum.

- DIST.MAJ.:**- proprie et directe mutat ritum essentialem sacramenti matrimonii in ipsa ratione ritus sacramentalis generice tantum a Xto determinati, N.
- improprie et indirecte mutat ritum essentialem sacramenti matrimonii, non in ratione ritus sacramentalis directe et proprie, sed in ratione priore contractus naturalis legitimi, C.

Scilicet, essentialis ritus sacramenti matrimonii specificice a Christo determinatus est consensus mutuus a Christianis legitimo modo datus, sed modus legitimus ab Ecclesiae legibus ipso Christo volente pendet. Quod non observatur in aliis sacramentis Christi.

5.- Ecclesia nullam potestatem habet circa productionem vinculi quod ab ipso Deo efficitur; Atqui vinculum matrimoniale ab ipso Deo efficitur: ergo Ecclesia nullam habet potestatem circa productionem vinculi matrimonialis: ergo Ecclesia nullam habet potestatem circa contractum naturalem matrimonii.

**MAJ.:** Quod ab ipso Deo efficitur, soli potestati divinae subjicitur.

**MIN.:** Ex Mt.19,6: "Quod ergo Deus conjunxit..."

**DIST.MAJ.:** "Quod ab ipso Deo..." :

- nullo actu creaturae mediante, C.
- sed actu creaturae mediante:
  - si actus ille non est Ecclesiae legibus obnoxius, C.
  - secus, N.

**CONTRAD.MIN.**

Deus conjungit mediante mutuo consensu legitime dato.

L. D. S.